



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Breviario Concionatorio, Strenæ, Fidelis Prophetissa  
Concionibus de B. M. Virgine serviens, Conciones  
Occurrentes & Funebres**

**Tylkowski, Wojciech**

**Oliva, 1686**

In Funere cujuslibet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51821](#)

tatis. Considerabat proportionem, cum DEO, multa bona fecit, proportionem cum sacerdotibus, eos honorando. Redamus jam illum Christo.

### In Funere cuiuslibet Fragmentum.

SANCTUS Th. Villan. Conc. de S. Ildef. *Insidiosus latro mors*  
*N*est qui nec prævideri potest nec fugari: qui si dormientem inveniatur singularis, si vigilantem dissimulat, salve inquit o amice, salve,  
sum legatus summi Regis, te ad nuptias vocat. Quare Christus  
vult nos similes esse hominibus expectantibus Dominum  
Iuum. Quid non auferet homini iste latro nisi vigilaverit?  
Ipse etiam Dominus, ut Bern. Dom. i. post Epiph. serm. i.  
*Veniet expectantibus tanquam revertens a nuptiis inebriatus vi-*  
*nocharitatis & immemor iniquitatum nostrarum. Veniet non ex-*  
*pectantibus revertens a nuptiis tanquam potens et apatus a vino*  
*vere ebrius & immemor miserationum suarum, tunc enim quan-*  
*tum ad illos, obliviscetur misereri DEI, veniet in ira & indigna-*  
*tione tanquam furibundus. Infelix verò est qui dum sanus est,*  
dormit in peccatis: & primò in morte constituit evigilare.  
De talibus S. Th. de Villan. conc. de S. Ildef. Pt. 15. illa verba  
intelligit. *Multiplicata sunt infirmitates eorum & postea accele-*  
*raverunt, non congregabo conventicula eorum de sanguinibus, nec*  
*memor ero nominum eorum per tabia mea. Ita hæc verba S. Th.*  
*explicat l. 2. Hoc est, neque eos a suis languinibus peccatorum*  
*mundabo, nec ero amplius memor eorum. Qued licet omnes me-*  
*tuere debent, præcipue tamen illi qui sunt in dignitatibus,*  
*quorum cura alius incumbit qui alios vel bono exemplo in bo-*  
*num trahunt, vel malo præcipitant in infernum. De Sacerdo-*  
*tibus dixit S. Vincent. Conc. de S. Jo. Bapt. Unus Presbiter*  
*damnat unum populum propter scandalum & detractiones. S.*  
Franc.

Feue. Xv. epist. 14. ad Joannem XIII. Regem Lusit. *Vnde*  
*mense etiam atque etiam obsecro te Domine, ne pigreris jam non*  
*præparare, in illud ultimum periculum decretoru moneris, quod*  
*quid exp̄ diri modo ac præveri potest. Morbus enim supremus et*  
*mortis ingruentis vicinus, ita mentem langvenit, in angorum dolorumque*  
*qui plurimi acerbi simique tunc seviunt, presenti sensu*  
*miseram desigit, ut illi nequaquam voces alii curis aut cogitationibus*  
*attendere. & epist. 12. ad eundem. Videbis te per mortuum*  
*spoliatum regnis & possessoribus ejectum cunctis, in aliis longe*  
*versa conclaudi terribilia & tenebrosa regna, in quæ durissimum &*  
*acerbitissimum erit relegari ex illis aliis avulsus, praesertim si quid*  
*DEUS avertat, extra paradisum & spem ejus esse remandandum.*  
*Quid vero scriptura de personis illustribus dicit. Iudicium*  
*durissimum his qui presenti, & potentes potenter tormenta patiuntur.*  
*Huc reduci potest quod dicit S. Basil. in Pl. 7. Dominus*  
*aliter Iudeum aliter Scyham judicat. Sed hoc ipsum clarissime*  
*Luc. 12. Cui multum datum est multum requiescerit ab eo. Sed*  
*terribilius est quod Bern. de Conversione ad Clericos cap. 3.*  
*Qui bona receperit in hac vita, cruciabitur in futura.*

### In Funere cuiuslibet Fragmentum.

**S**anctus Cypr. de Mortalitate. Non est exitus iste sed ad eum.  
*S*na transgressor, hospites & peregrini hic vivimus, compelli-  
*mur diem que assignabit singulis domicilia sua. Chrysost. Orat.*  
*de fide Resurrectionis. Pulchrum filium suum cadavere defor-*  
*mem lachrymaris, nec cogitas nihil sole jucundius esse, qui quotidie*  
*occidit. Redibit sol iste pulchrior, vincet tenebras quibus le-*  
*pelitur. Tertull. de resurrect. c. 11. Surget resindens sepulta-*  
*ram suam, tenebras, haeresibi ipsi existens. Lyranus in illa Eccl.*  
*7. Memorare novissima tua, sic ait. Mors sicut nauta sedet in ul-*  
*timis*